

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae Agrippinae, 1629

Post reditvm in senatv

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

ORATIO

libertatem, nec in perferendo labore industriam, nec
 in vestris commodis augendam gratam animi bene-
 uolentiam defuturam. * atque haec cura. Quirites,
 erit infixam animo meo sempiterna, ut cum vobis, qui
 apud me deorum immortalium vim & numen re-
 netis, tum posteris vestris, cunctisq; gentibus dignis-
 simus ea ciuitate videar, quae suam dignitatem non
 possit tenere se, nisi me recuperasset, cunctis suffragiis
 iudicauit.



POST REDITVM
 IN SENATV.

ORATIO XXVIII.



I patres conscripti, pro vestris immor-
 talibus in me fratremq; meum, libe-
 rosque nostros meritum parum vobis
 cumulatè gratias egero, quaeso, obte-
 storq; ne mea natura potius, quàm
 magnitudinè vestrorum beneficiorum id tribuendum
 puteris. quae enim tanta potest exsistere veritas inge-
 niij, quae tanta dicendi copia, quod tam diuinum at-
 que incredibile genus orationis, quo quisquam possit
 vestra in nos vniuersa promerita, non dicam com-
 plecti orando, sed percensere numerando? qui mihi
 fratrem.

VONT RE...
 frons...
 in...
 tiam, qu...
 piam, qua...
 p...
 cer...
 ta, patrimon...
 immortales,
 & ceteris rebu...
 bonibus in au...
 guda dignitati...
 are colerati f...
 sapè magnifi...
 immensam qu...
 debeamus: que...
 sapientiam be...
 nera populi Rom...
 dia, nobis or...
 cum multa vobis...
 filia parentibus...
 nus, quod ha...
 nunc vniuersa...
 P.C. quod me op...
 talitatem quam...
 enim tempus er...
 neficiorum meo...
 tempore, cum or...
 mis, non multo...
 reas: cuius, res...
 etque optima vir

POST REDITVM IN SENATV.

fratrem optatissimum, me fratri amantissimo, liberis nostris parentes, nobis liberos: qui dignitatem, qui ordinem, qui fortunas, qui amplissimam temp. qui patriam, qua nihil potest esse iucundius, qui denique nosmetipsos nobis reddidistis. * quod si parentes² carissimos habere debemus, quod ab ijs nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est: si deos immortales, quorum beneficio & hac tenuimus, & ceteris rebus aucti sumus: si populum Rom. cuius honoribus in amplissimo consilio, & in alijs. mo gradu dignitatis, atque in hac omnium terrarum arce collocati sumus: si hunc ipsum ordinem, à quo saepe magnificentissimis decretis sumus honestati: immensum quiddam & infinitum est, quod vobis debeamus: qui vestro singulari studio atque consensu parentum beneficia, deorum immortalium munera, populi Romani honores, vestra de me multa iudicia, nobis omnia vno tempore reddidistis: vt, cum multa vobis, magna populo Rom. innumera- bilia parentibus, omnia dijs immortalibus debeamus, quod hac ante singula per illos habuerimus, nunc vniuersa per vos recuperauerimus. * itaque³ P.C. quod ne optandum quidem est homini, immortalitatem quandam per vos adepti videntur: quod enim tempus erit vnquam, quo vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur, qui illo ipso tempore, cum vi, ferro, metu, minis obsessi teneremini, non multò post discessum meum vniuersi me reuocauistis, referente L. Mummiò, fortissimo, atque optimo viro? quem habuit ille pestifer an-

ORATIO

nus & maximè fidelem, & minimè timidum, si di-
 micare placuisset, defensorem salutis meae: postea-
 quam vobis potestas decernendi non est permessa per
 eum tribunalum pleb. qui cum per se temp. lacerare
 non posset, sub alieno scelere deleuit: nunquam de me
 filius, nunquam meam salutem non ab. hīs consu-
 4 libus, qui vendiderant, flagitasti. * itaque vestro
 studio, atque auctoritate perfectum est, ut ille ipse
 annus quem ego mihi, quam patriā, malueram
 esse fatalem, octo tribunos haberet, qui promul-
 garent de salute mea, & ad vos sap. numero refer-
 rent. nam consules modesti, legumque metuentes,
 impediebantur lege, non ea, quae de me, sed ea, quae
 de ipsis lata erat, quam meus inimicus promulgavit,
 ut, si reuixissent hī, qui haec penè delirant, tum
 ego redirem, quo factō virumque confessus est, &
 se illorum vitam desiderare, & magno in periculo
 temp. futuram, si aut hostes aut interfectores reip.
 reuixissent, aut ego non reuertissem. itaque illo ip-
 so anno, cum ego cessissem: princeps autem ciui-
 tatis, non legum praesidio, sed parietum, vitam
 suam tueretur: resp. sine consulibus esset: neque
 solum parentibus perpetuis, verum etiam tutori-
 bus annuis esset orbatā: sententias dicere prohibere-
 mini: caput mea proscriptionis recitaretur: nun-
 quam dubitasti meam salutem cum communi
 5 salute coniungere. * postea vero quā singulari, &
 praestantissima virtute P. Lentuli cos. ex superioris
 anni caligine & tenebris lucem in rep. Kalendu
 Ian. respicere cepisti: cum Q. Metelli, nobilissimi
 hq.

VOST RED

boni atque optime
 p. tribunos
 p. res. f. a.
 Ca. Pompei
 arum, omni
 senatum venire
 sicut de salute m
 um, dignitas m
 nense, quid int
 iustitate potuiss
 propter me cau
 illi meum redi
 flumine sangui
 que postea nob
 bu respiciat
 suffragia, m
 matum foram
 fructam ciuitat
 pure cum in ex
 dicitur resisten
 nes tota vire v
 pagata, de
 m viti, & cl
 tissimi atque
 mam corpa no
 ra, sed vulnera
 strage nominat
 morti, partim
 castroci sum
 nec vnaq. spes

POST REDITVM IN SENATV

hominis, atque optimi viri, summa dignitas, cum
 pratorum, tribunorum pleb. penè omnium virtus
 & fides reip. subuenisset, cum virtute, gloria, rebus
 gestis, Cn. Pompeius omnium gentium, omnium se-
 culorum, omnis memoria facile princeps, tuto se
 in senatum venire arbitraretur: tantus vester con-
 sensus de salute mea fuit, ut licet corpus abesset me-
 um, dignitas in patriam reuertisset. quo quidem
 mense, quid inter me & meos inimicos interesset, ex-
 istimare potuisti. ego meam salutem deserui, ne
 propter me ciuium vulneribus resp. cruentaretur:
 illi meum reditum non populi Rom. suffragijs, sed
 flumine sanguinis intercludendum putauerunt, ita-
 que postea nihil vos ciuibus, nihil socjs, nihil regi-
 bus respondiſtis: nihil iudices sententijs, nihil populus
 suffragijs, nihil hic ordo auctoritate declarauit:
 mutum forum, elinguem curiam, tacitam &
 fractam ciuitatem videbatur. * quo quidem tem-
 pore cum is excessisset, qui cadi & flamma vobis au-
 ctoribus restiterat: cum ferro & facibus homi-
 nes tota vrbe volitantes, magistratum tecta op-
 pugnata, deorum templa inflammata, sum-
 mi viri, & clarissimi consulis fascis fractos, for-
 tissimi atque optimi viri tribuni pleb. sanctissi-
 mum corpus non solum tactum, ac violatum ma-
 nu, sed vulneratum ferro confectumq; vidisti. qua
 strage nonnulli permoti magistratus, partim metu
 mortis, partim desperatione reip. paululum à mea
 causarecesserunt: reliqui fuerunt, quos neq; terror,
 nec vis, nec spes, nec metus, nec promissa, nec mina,
 nec

ORATIO

nec tela, nec faces à vestra auctoritate, à populi R^o
 7 dignitate, à mea salute depellerent. * princeps P.
 Lentulus, parens ac deus nostra vita, fortuna, me-
 moria, nominis, hoc specimen virtutis, hoc indicium
 animi, hoc lumen consulatus sui fore putavit, si me
 mihi, si meis, si vobis, si reip. reddidisset, qui, ut est
 designatus, nunquam dubitavit sententiam de salute
 mea, se & rep. digna dicere. cum à tribuno pl. ve-
 taretur: cum praeclarum caput recitaretur, ne quis
 ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret,
 ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset:
 totam illam clausulam, ut antè dixi, proscriptionem,
 non legem putavit, qua cuius optimè de rep.
 meritis, nominatim, sine iudicio, vnà cum senatu,
 reip. esset ereptus. ut verò inq̃ magistratum, non di-
 cam quid egerit prius, sed quid omnino egit aliud,
 nisi ut me conseruato, vestram in posterum dignita-
 tem auctoritatemq̃ sanciret? * dñj immortales,
 quantum mihi beneficium dedisse videmini, quòd
 hoc anno P. Lentulus consul fuit? quantò maius de-
 didisset, si superiore anno fuisset? nec enim eguissem
 medicina consulari, nisi consulari vulnere concidi-
 dissem. audieram ex sapientissimo homine, atq̃ op-
 timo ciue, & viro Q. Catulo, non sepe vnum consu-
 lem improbum, duos verò nunquam, excepto illo
 Cinnano tempore, fuisse. quare ne am causam sem-
 per fore firmissimam dicere solebat, dum vel vnus
 in rep. esset consul. quod verè dixerat, si illud de
 duobus consulibus, quod antè in rep. non fuerat, per-
 en-

POST AEDII

memoriam me
 nido tempore
 summo fuerit
 regnando aut
 sed fuerunt
 p̃e, homines, p̃
 tamen ipse con
 magritudinem ta
 tere, non capere p
 quos pronunciar
 quorum alter à
 molitū audient
 suam rep̃ obedi
 bonitatem me
 non melià deser
 ca & consulari
 mei auxilio
 tamq̃ vni
 alter Lentulus
 quā etiam vltim
 sui p̃m̃m̃m̃m̃m̃
 videmus duntax
 parte corporis
 per aram prop
 non strenuè, qu
 flatem, & in ca
 iustique nisi in ar
 vim praeferri, nec
 nonum p̃m̃m̃m̃m̃
 gistras nq̃ rog

POST REDITVM IN SENATV

enne ac proprium manere potuisset. quòd si Q. Me-
telli illo tempore consul fuisset vnicus, dubitatis,
quo animo fuerit in me conseruando futurus, cum
in restituendo auctorem fuisse adscriptoremq; videa-
tu? * sed fuerunt duo consules, quorum mentes an-
gusta, humiles, praua, oppleta tenebris ac sordibus,
nomen ipsum consulatus, splendorem illius honoris,
magnitudinem tanti imperij nec inueri, nec susti-
nere, non capere potuerunt: non consules, sed merca-
tores prouinciarum, ac venditores vestra dignitatis.
quorum alter à me Catilinam amatorem suum,
multis audientibus, alter Cethegum consobrinum
suum reposebat: qui me, duo sceleratissimi post
hominum memoriam non consules, sed latrones,
non modò deseruerunt, in causa praesertim publi-
ca. & consulari, sed prodiderunt, oppugnarunt, om-
ni auxilio non solum suo, sed etiam vestro cetero-
rumque ordinum spoliatum esse voluerunt. quorum
alter tamen neque me, neque quenquam fefellit. * 10
quis enim vllam vllius boni spem haberet in eo, cu-
ius primum tempus atatis palam fuisset ad omnes li-
bidines diuulgatum? qui ne à sanctissima quidem
parte corporis potuisset hominum impuram intem-
perantiam propulsare? qui cum suam rem non mi-
nus strenuè, quàm postea publicam confecisset, ege-
statem, & luxuriam domestico lenocinio sustentauit?
qui nisi in aram tribunatus confugisset, neque
vim praetoris, nec multitudinem credulorum, nec ho-
norum proserptionem effugere potuisset? quo in ma-
gistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset,
pro-

ORATIO

profecit & egestate, & improbitate coactus piraticam ipse fecisset, ac minore quidem cum reip. detrimento, quàm quoddam intra mœnia nefarius hostis, pradoque versatus est. quo inspectante, ac sedente, legem tribunus pleb. tulit, ne auspicijs obtemperaretur, ne obnunciare concilio, aut comitijs ne legi intercedere liceret, ut lex Aelia, & Fusia, ne valerent, quæ nostri maiores certissima subsidia reip. contra tribunitios furores esse voluerunt. * idemque postea, cum innumerabilis multitudo bonorum de capitolio supplex ad eum sordidata venisset: cumque adolescentes nobilissimi, unctique equites Rom. se ad tenonis impurissimi pedes abiecissent: quo vultu circinatus ganeo non solum civium lacrymas, verum etiam patrie preces repudiavit? neque eo contentus fuit, sed etiam in concionem ascendit, eaque dixit, quæ, si Catilina revixisset, dicere non esset ausus: se nonarum Deæ, quæ me consule fuissent, clivique Capitolini penas ab equitibus Rom. esse repetiturum: neque solum id dixit, sed, quos ei commodum fuit, compellavit: L. verò Lamiam, equitem Rom. præstanti dignitate hominem, & saluti meæ pro familiaritate reip. pro fortunis suis amicissimum, consul imperiosus exire urbe iussit: & cum vos vestem mirandam censuissetis, cunctique mutassetis, atque idem omnes boni iam antè fecissetis, ille vnguentis oblitus, cum toga pretexta, quam omnes prætores, adulesque tum abiecerant, irrigit squalorem vestrum, & lu-

POT REDIT

Quin transmissa
verum quoniam
invalens per
munda patre
tate Flaminio
mem, sed a lero
romano proficit
supplem, mal
pandus utis
tolerata. quid
alorsum, id
tisme difficile
lanta latuit
tus calamitatis
dim cessant
ad adolescentia
ter finalitatem
commendaret, m
initia rei militari
nam, non liberali
tam, horridam
ste, & inordinat
sum, & perditio
ant cam stipite
bil crederet. inter
guem, ardorem
docem, modo a
res: idem demis
quam imperat

POST REDITVM IN SENATV.

& luctum grauisima ciuitatis : fecitque, quod ne-
 mo vnquam tyrannus : vt, quod minus occulte ve-
 strum malum generetis, nihil diceret : ne aperte
 incommoda patria lugeretis, ediceret. * cum verd ¹²
 in circo Flaminio non à tribuno pl. consul in con-
 cionem, sed à latrone, archipirata productus esset,
 primùm processit, qua auctoritate vir ? vini, somni,
 stupri plenus, madenti coma, composito capillo,
 grauibus oculis, fluentibus buccis : pressa voce, &
 temulenta. quod in ciues indemnatos esset anim-
 aduersum, id sibi dixit, grauis auctor vehemen-
 tissimè displicere. vbi nobis hac auctoritas tam diu
 tanta latuit ? tur in lustris, & belluationibus hu-
 ius calamistrati saltatoris iam eximia virtus tam-
 diu cessauit ? nam ille alter Cesonius Caluentius
 ab adolescentia versatus est in foro, cum eum præ-
 ter simulatam versutamque tristitiam, nulla res
 commendaret, non consulis studium non discendi
 initia rei militaris, non cognoscendorum homi-
 num, non liberalitas, quem prateriens cum incul-
 rum, horridum, n.cestumque vidisses, etiamsi agre-
 ste, & inhumanum existimares, tamen libidino-
 sum, & perditum non dubitares. * cum hoc homine, ¹³
 aut cum stipite AEthiopo, si in foro constitisses, ni-
 hil crederes interesse : sine sensu, sine sapore, elin-
 guem, tardum, inhumanum, neglectum, Cappa-
 docem, modò abreptum de grege venalium dice-
 res : idem domi quam libidinosus, quam impurus,
 quam intemperans, non ianua receptis, sed pseu-
 dorro

ORATIO

dotyro intronifis voluptatibus? cum vero etiam
 literas studere incipit, & belluo immanis cum Gra-
 culis philosophari: tum est Epicureus, non penitus il-
 li disciplina, qua unque est deditus, sed captus v-
 nus verbo voluptatis. habet autem magistros non ex
 istis ineptis, qui de stoties de officio ac de virtute
 disserunt, qui ad laborem, ad industriam, ad peri-
 cula pro patria iubeunda adhortantur: sed eos, qui
 disputent horam nullam vacuum voluptate esse de-
 bere, in omni parte corporis semper oportere ali-
 quod grandium delectationemq. versari. * his viuit
 14 quasi praefectus libidinum suarum: hi voluptates om-
 nes vestigant, atque odorantur: hi sunt condito-
 res, instructoresque conuiuij: ydem expendant, at-
 que aestimant voluptates, sententiamque dicunt,
 & iudicant, quantum cuique libidini tribuendum esse
 videatur: horum ille artibus eruditus, ita contem-
 pfit hanc prudentissimam civitatem, vt omnes suas
 libidines, omnia flagitia latere posse arbitraretur,
 si modò vultum importunum in forum detulisset. à
 non me (quanquam equidem non cognoram eum
 propter Pisonum affinitatem, quem longè hinc ab
 hoc genere cognatio materna transalpini sangui-
 nis abstulisset) sed vos populumque R. non consa-
 lio, neque eloquentia, quod in multis sapè accidit,
 15 sed rugis supercilioque decepit. * L. Piso tunc ausus
 es isto oculo, non dicam isto animo: isti a fronte, non
 vita: tanto supercilio (non enim possum dicere
 tantis rebus gestis) cum Gabinio consociare consilia
 pessis

POST REDITVM IN SENATV.

pesti mea? non te illius unguentorum odor, non vi-
 ni anhelitus, non frons calamistri notata vestigijs
 in eam cogitationem adducebat, vt, cum illius te
 similis fuisses, frontis tibi integumento ad occul-
 tanda tanta flagitia diutius vti non liceret? cum
 hoc coire ausus es, vt consularem dignitatem, ve
 reip. statum, vt senatus auctoritatem, vt cuius op-
 timè meriti fortunas provinciarum sœdere addi-
 ceres? te consule, tuis edictis, & imperijs, senatus
 populoque R. non est licitum, non modò sententijs
 atq; auctoritate sua, sed nelectu quidem, ac vesti-
 tu reip. subuenire. * Capua ne te putabas, in qua ¹⁶
 vrbe domitilium quondam superbia fuit, consulem
 esse sicut eras eo tempore: an Roma, in qua ciuitate
 omnes ante vos consules senatus paruerunt? tu es
 ausus in circo Flamino productus cum tuo illo pari
 dicere te semper misericordem fuisse? quo verbo se-
 natum atque omnes bonos tum, cum à patria pe-
 stem expellerent, crudeles demonstrabas fuisse. tu
 misericors me affinem tuum, quem comitijs prero-
 gariæ primum custodem profeceras, quem Kal.
 Ian. tertio loco sententiam rogatas, constructum ini-
 mico reip. tradidisti: tu meum generum, propinquum
 tuum, tu affinem tuam, meam filiam, superbissi-
 mis, & crudelissimis verbis à gentibus tuis repuli-
 sti: idemque tu clementia ac misericordia singula-
 ri, cum ego vnà cum rep. non tribunitio, sed consu-
 lari ictu concidissim, tanto scelere, tantaque in-
 temperantia fuisti, vt ne vnã quidem horam
 inter-

ORATIO

interesse paterere, inter meam pestem, & tuam
 pradam, saltem dum conticesceret illa lamenta-
 tio, & gemitus urbis. * nondum palam factum e-
 rat concidisse temp. cum tibi arbitria funeris sol-
 uebantur: vno eodemque tempore domus mea di-
 ripiebatur, ardebat: bona ad vicinum consulem
 de Palatio, de Tusculano ad item vicinum alterum
 consulem deferebantur: cum iisdem operis suffra-
 gium ferentibus, eodem gladiatore latore, vacuo
 non modo à bonis, sed etiam à liberis, atque mani-
 foro, ignaro populo Ro. quid ageretur, senatu vero
 oppresso & afflicto duobus impijs nefarijsque con-
 sulibus, ararium, prouinciæ legiones, imperia do-
 nabantur. horum consulum ruinas, vos consules
 vestra virtute fulsistis summa tribunorum pl. pra-
 18 torumque fide, & diligentia subleuati. * quid ego
 de praestantissimo viro T. Annio dicam? aut quis de
 tali ciue satis dignè vnquam loquetur? qui cum
 videret, sceleratum tuum, aut domesticum potius
 hostem, si legibus vti liceret, iudicio esse frangen-
 dum: sin ipsa iudicia vis impediret, ac tolleret, au-
 daciam virtute, furorem fortitudine, temerita-
 tem consilio, manum manu, vim vi esse superan-
 dam primo de vi postulauit: posteaquam ab eo-
 dem: iudicia sublata esse vidit, ne ille omnia vi posset
 efficere, curauit: qui docuit neque testam, neque
 templa, neque forum, neque curiam sine summa
 virtute, ac maximis opibus, & copijs ab intestino
 latrocinio posse defendi: qui primus post meum dis-
 cessum

POST REDIT
 ignorantiam bonis,
 incipit conuulsi
 rumpi, sic
 praeter auctoritate
 inuictas, nullam
 de asformem ver
 infato senatus ex
 am, sic sua dilige
 rictul tam popul
 tem omnibus car
 toribus videretur
 lus tribuimus pleb
 qui offusis iustici
 nit: cum ego cla
 literis ita sum
 non aduocor saltem
 nam ceterorum
 capidum mei C. Sc
 quam non vaxum
 cui ego ipsi, pare
 tum debeam: q
 priuato iudicio e
 memoria priuati
 T. Edm. qui mi
 ego patri quasilor
 infundim non de
 & amicitia. &
 initio de salute m
 quâ de me agere c

POST REDITVM IN SENATV.

cessum metum bonis, timorem huic ordini, seruitu-
 rem depulit ciuitati. * quam rationem pari vir-
 tute, animo, fide P. Sextius secutus, pro mea salute,
 pro vestra auctoritate, pro statu ciuitatis nullas fi-
 cimmicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum
 vita discrimen vitandum vnquam putauit: qui
 causam senatus exagitatam concionibus improbo-
 rum, sic sua diligentia multitudini commendauit,
 vt nihil tam populare, quam vestrum nomen, nihil
 tam omnibus carum aliquando, quam vestra au-
 thoritas videretur: qui me cum omnibus rebus, qui-
 bus tribunus pleb. potuit, defendit, tum reli-
 quis officijs iuxta, ac si meus frater esset, sustenta-
 uit: cuius ego clientibus, libertis, familia, copijs,
 literis ita sum sustentatus; vt mea calamitatis
 non adiutor solum, verum etiam socius videretur.
 * iam ceterorum officia studiaque vidistis: quam
 cupidus mei C. Sextilius; quam studiosus vestri,
 quam non varius fuerit in causa. quid M. Cispus?
 cui ego ipsi, parenti, fratrique eius sentio quan-
 tum debeam: qui, cum a me voluntas eorum in
 priuato iudicio esset offensa, publici mei beneficij
 memoria priuatam offensionem obliterauerunt: iam
 T. Fadius, qui mihi quaestor fuit: M. Curtius, cuius
 ego patri quaestor fui, studio, amore, animo huic ne-
 cessitudini non defuerunt. multa de me C. Mesini-
 us & amicitia, & resp. causa dixit: legem separatim
 initio de salute mea promulgauit. Q. Fabritius, si
 qua de me agere conatus est, ea contra vim, & fer-
 rum

Gg

ORATIO

rum perficere potuisset, mense Ianuario nostrum
 statum recuperassemus: quem ad salutem meam
 voluntas impulit, vis retardauit: auctoritas vestra
 21 reuocauit. * iam verò prætores quo animo in me
 fuerunt, vos existimare potuistis, cum L. Cæcilius
 priuatim me suis omnibus copijs studuerit sustenta-
 re, publicè promulgarit de salute mea cum colle gâ
 penè omnibus, direptoribus autem meorum bonorum,
 intus adeundi potestatem non fecerit. M. autem Cæ-
 lidius, statim designatus, sententia sua, quàm esset
 chara sibi mea salus, declarauit. omnia officia C.
 Septimij, Q. Valerij, P. Craßi, Sex. Quinctilij, & C.
 Cornuti summa & in me & in remp. constituerunt.
 qua cum libenter commemoro, tum non inuitus non-
 nullorum in me nefariè commissa prætereo. non est
 mei temporis, iniurias meminisse: quas ego, etiamsi
 vlcißci possem, tamen obliuisci malle. aliud trans-
 ferenda mea tota vita est, vt bene de me meritù
 referam gratiam, cum apertis hostibus bellum ge-
 ram, timidis amicis ignoscam proditores meos non
 22 indicem: dolorem profectiõis mea, reditu digni-
 tate consolet. * quod si mihi nullum aliud esset of-
 ficiũ in omni vita reliquum, nisi vt erga duces ip-
 sos, & principes, atque auctores salutis mea, satis
 gratus iudicaret: tamen exiguum reliqua vita tem-
 pus, non modò ad referendam, verùm etiam ad
 commemorandam gratiam mihi relictum puta-
 rem. quando enim ego huic homini ac liberis eius,
 quando omnes mei gratiam referent? quæ memo-
 ria,

POT REDIT

...ingeri, quæ
 ...lenis
 ...fissio & a
 ...poterat
 ...ratione ad her
 ...qui tanto an
 ...ex cogitaret que
 ...modò lenaret
 ...im magis fecerit
 ...pauit, quam, qu
 ...cuncti ex omni
 ...me vniu, hom
 ...referendâ, &
 ...voce à te Romul
 ...esset, pro vniu
 ...cum raudire pos
 ...atq, tuu, atq,
 ...reus salutem d
 ...gratiam meâ post
 ...sentiam iudicâ
 ...remp. salutem
 ...tantiu extima
 ...in flagitium se e
 ...rit. * idem, ca
 ...Romam, & p
 ...tissimos in Cap
 ...quantam rem v
 ...bita, intellige
 ...minime, & fra

POST. REDITVM IN SENATV.

ria, qua vis ingenij, qua magnitudo obseruantia, tot
 tantisque beneficijs respondere poterit? qui mihi
 primus afflictio & iacenti consularem fidem, dex-
 teremque porrexit: qui me à morte ad vitam, à
 desperatione ad spem, ab exitio ad salutem reuo-
 cavit: qui tanto amore in me, studio in temp. fuit,
 vt excogitaret, quemadmodum calamitatem meam
 non modo leuaret, sed etiam honestaret. * quid e-23
 nim magnificentius, quid praclarior mihi accidere
 potuit, quam, quod illo petente vos decreuistis, vt
 cuncti ex omni Italia, qui temp. saluam vellent ad
 me vnum, hominem fractum & propè dissipatum
 restituendam, & defendendum venirent? vt, qua
 voce à te Romulo post Romam conditam consul vsus
 esset, pro vniuersa rep. apud eos solùm, qui eius vo-
 cem exaudire possent, eadem voce senatus omnibus
 agru, vicis, atq; oppidus ciues, totamq; Italiam ad
 vnus salutem defendendam excitaret. quid ego
 gloriosius meo posteris potui relinquere, quam hoc,
 senatum iudicasse, qui ciui me non defendisset, eum
 temp. saluã noluisse? itaq; tantum vestra auctoritas,
 tantum excimia consulis dignitas valuit, vt omne
 in flagitium se committere putaret, si quis non veni-
 ret. * idemq; consul, cum illa incredibilis multitudo 42
 Romam, & penè Italia ipsa venisset, vos frequen-
 tissimos in Capitolium conuocauit. quo tempore
 quantam vim vera bonitas haberet, aut vera u-
 bilitas, intelligere potuistis: nam Q. Metellus, &
 inimicus, & frater inimici, perspecta vestra volun-
 tate;

ORATIO

zate, omnia privata odia deposuit, quem P. Seruilius, vir cum clarissimus, tum vero optimus, mihi que amicissimus, & auctoritatis, & orationis sua diuina quadam grauitate ad sui generis, communisque sanguinis facta virtutesque reuocauit: ut haberet in consilio & fratrem ab inferis socium rerum mearum, & omnes Metellos praestantissimos ciues, penè ex Acheronte excitatos: in quibus Numidicum illum, cuius quondam de patria discessu beneficus ipsi, bonis omnibus tamen luctuosus est. itaque fuit is non modò salutis defensor, qui ante hoc vnum beneficium fuerat inimicus, verum etiam adscriptor dignitatis meae. * quo quidem die cum CCC. 25 CX. senatores essetis, magistratusque omnes adessent, discessit vnus, is qui sua lege coniuuatos etiam ab inferis excitandos putarat. atque illo die, quo temp. meis consilijs conseruatam grauisimis verbis & plurimis iudicassetis, idem consul curauit, ut eadem à principibus ciuitatis in concione postero die, dicerentur. cum quidem ipse egit ornatissimè causam meam, perscicitque, astante arg, audiente Italia tota, ut nemo cuiusquam conduci vocem acerbam, atque inimicam bonis, possset audire. * ad 26 hac non modò adiumenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis meae reliqua, sed etiam addidistis, decreuistis, ne quis vlla ratione rem impediret: qui impedisset, grauitè molestèque laturos: illum contra temp. salutemque bonorum, concordiamque ciuium facturum: & ut ad vos ea statim refer-

NOT REDI

senior: meque
 multu
 pro veniunt q
 ut rogarentur
 mo. In die, que
 berisque vobis
 iugram. verum
 tempore quo die
 rime maiores in
 reseruit patriam
 lem fecerant, e
 que die quos con
 que aut etate,
 te mea sententia
 tiam in campo
 et in omne
 gatorum, dicitur
 Lentini leuissimè
 redacti: serui in
 vuri, sed equi
 ri. Possim ego
 videtur quoniam
 datus, sed etiam
 tem resp. & con
 cum mea dicitur
 commendaretis,
 pite improbos, a
 excitant: qui
 profuerit, aut p

POST REDITVM IN SENATV.

ferrentur : meque etiam si diutius calumniarentur,
 redire iussisti, quid? vt agerentur gratia, qui à mu-
 nicipijs venissent. quid? vt ad illam diem, res cum re-
 disissent rogarentur, vt pari studio conuenirent. quid
 deniq; illo die, quem P. Lentulus mihi fratriq; meo,
 liberisque nostris natalem constituit, non modò ad
 nostram, verùm etiam ad sempiterni memoriam
 temporis? quo die nos comitijs centuriatis, qua ma-
 ximè maiores iusta dici haberiq; voluerunt, ar-
 cessori patriam : vt eadem centuria, qui me consu-
 lem fecerant, consulatum meum comprobarent. * 27
 quo die quis ciuis fuit, qui fas esse putaret, quacun-
 que aut atate, aut valetudine esset, non se de salute
 mea sententiam ferre? quando tantam frequen-
 tiam in campo, tantum splendorem Italia totius,
 ordinumque omnium, quando illa dignitate tot ro-
 gatores, diribitores, custodesq; vidisti? itaque P.
 Lentuli beneficio excellenti, atq; diuino non solum
 reducti sumus in patriam, sicut nonnulli clarissimi
 viri, sed equis insignibus, & curru aurato reportati.
 * Possum ego satis in Cn. Pompeium vnquã gratis 28
 videri? qui non solum apud vos, qui omnes idẽ sentie-
 batis, sed etiam apud vniuersum populum R. salute
 reip. & conseruatam per me, & coniunctam esse
 cum mea dixerit, qui causam meam prudentibus
 commendarit, imperitos edocuerit, eodemque tem-
 pore improbos, auctoritate sua compresserit, bonos
 excitarit : qui populum Rom. pro me, tanquam
 pro fratre, aut pro parente, non solum hortatu sit,

ORATIO

verum etiam obsecravit: qui ipse, cum propter me-
 tum dimicationis, & sanguinis, domo se teneret,
 etiam a superioribus tribunis perierit, ut de salute
 mea & promulgarent, & referrent: qui in colo-
 nia nuper constituta cum ipse gereret magistra-
 tum, in qua nemo erat emptus, intercessorum, vim
 & crudelitatem privilegij auctoritate honestissi-
 morum hominum, & publicis literis consignavit,
 princepsque Italiae totius praesidium ad nostram sa-
 lutem implorandum putavit: qui cum ipse mihi
 semper amicissimus fuisset, etiam ut suos necessari-
 29 os mihi amicos redderet, elaboravit. * quibus autem
 officijs T. Amij beneficia remunerabor? cuius omnis
 actio, ratio, cogitatio, totus denique tribunatus ni-
 hil aliud fuit, nisi constans, perpetua, fortis, invidi-
 defensio salutis mea. quid de P. Sextio loquar?
 qui suam erga me benevolentiam & fidem, non
 solum animi dolore, sed etiam corporis vulneribus
 ostendit. vobis vero P. C. singulis & egi, & agam
 gratias uniuersis, egi initio, quantum potui, sa-
 tis ornate agere nullo modo possum, & quanquam
 sunt in me praecipua merita multorum, qua fieri
 nullo modo possunt: tamen huius temporis ac timo-
 ris mei non est, conari commemorare beneficia in
 me singularum. nam difficile est non aliquem, ne fas
 quenquam praeterire. ego vos uniuersos, patres con-
 scripti, deorum numero colere debeo. sed ut in ipsis
 dij immortalibus non semper eosdem, atq. alios alios
 solentis & venerari, & precari: sic in omnibus de
 me

NOTREDI

notitia meriti
 equa merita p
 am autem die
 in gratiam esse
 in salute mea
 am R. Iuppiter ob
 quam vos locuti
 fu. vos me flores
 mutatione vestri
 defendistis. nos
 dem periculum
 culo senatus ve
 tum edilla, qu
 dis, sed etiam
 bus ego rebus
 dam viderem
 non armis, sed
 ta mecum ipse
 se citius Capitol
 rum nominati
 tur, alij religio
 solum ut aliq
 solati. alter
 do deserent
 pationibus eo
 alius ad portu
 gnosque exercit
 dico: tacuisse
 a dea patres eff
 despiciere prope

POST REDITVM IN SENATV.

me diuinitus meritis omnis erit atas mihi ad eorum
 erga me merita pradicanda, atque recolenda. * ho-³⁰
 dierno autem die nominatim à me magistratibus
 statui gratias esse agendas, & de priuatu vni, qui
 pro salute mea inuicinia, coloniasq; adisset, popu-
 lum R. supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam,
 quam vos secuti, mihi dignitatem meam reddidi-
 stis. vos me florentem semper ornastis, laborantem
 mutatione vestri & propè luctu vestro quoad licuit,
 defendistis. nostra memoria senatores ne in suis qui-
 dem periculis mutare vestem solebant: in meo peri-
 culo senatus veste mutata fuit, quoad licuit per eo-
 rum edicta, qui mea pericula non modo suo prasi-
 dio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt. * qui-³¹
 bus ego rebus obiectis, cum mihi priuato consigen-
 dum viderem cum eodem exercitu, quem consul
 non armis, sed vestra auctoritate superaram, mul-
 ta mecum ipse reputaui. dixerat in concione consul,
 se cliui Capitolini pœnas ab equitibus Ro. repetitu-
 rum. nominatim alij compellabantur, alij citaban-
 tur, alij relegabantur: aditus templorum erant non
 solum prasiidij & uanu, verùm etiam demolitione
 sublati. alter consul, vt me & rep. non mo-
 dò desererent, sed etiam hostibus reip. proderent,
 pactioribus eos suorum premiorum obligarat. erat
 alius ad portas cum imperio in multos annos, ma-
 gnoque exercitu: quem ego inimicum mihi fuisse non
 dico: tacuisse, cum diceretur esse inimicus, scio.
 * dua partes esse in rep. cum putarentur: altera me
 deponere propter inimicitias, altera timide defedere³²

ORATIO

propter suspicionem cadu putabatur, qui autem me
 deposcere videbantur, in hoc auxerunt dimicationis
 metum, quod nunquam insciando suspicionem ho-
 minum curamq; minuerunt. quare cum viderem
 senatum ducibus orbatum, me a magistratibus par-
 tim oppugratum, partim proditum, partim dereli-
 ctum, seruos simulatione collegiorum nominatim
 esse conscriptos, & copias omnes Catilinae pene q̄s-
 dem ducibus ad spem cadu & incendiorum esse reuo-
 catas, equites R. proscriptiois, municipia vastita-
 tis, omnes cadu metu esse permotos: potui, potui P. C.
 multis auctoribus fortissimus virus, me vi armiq; de-
 fendere. nec mihi ipse ille animus idem meus, vobis nō
 incognitus, defuit: sed videbam, si vicissem presentem
 aduersarium, nimirum multos mihi alios esse vin-
 cendos: si victus essem, multis bonis & pro me, &
 mecum, etiam post me, esse pereundum: tribuniq; q;
 sanguinis vltiores esse presentes, mea moris poenas
 33 iudicio, & posteritati reservari. * nolui cum consul
 communem salutem sine ferro defendissem, meam
 priuatus armis defendere: bonosq; viros lugere ma-
 lui meas fortunas, quam suis desperare. ac si solus
 essem interfectus, mihi turpe: si cum multis, reip. fu-
 nestum fore videbatur. quod si mihi aeternam esse
 propositam arumnam arbitrarer, morte me ipse po-
 ruius, quam sen. piterno dolore multassem: sed cum
 viderem me non diutius, quam ipsam temp. ex hac
 vrbe absuturum: neque ego illa exterminata mihi
 remanendum putavi: & illa, simulatq; reuocata est,
 me secum pariter reportauit. mecum leges, mecum
 qua-

POST REDI

patet. mecum
 non videri ac
 nec mecum deo
 nec religiones
 vobis vestra serua
 nec: sin. alienand
 licum illis vna est
 certissimus testis
 C. Plautius: qu
 tu. commodis q;
 me susserit ando
 bi quae ser impe
 certe erit in par
 ty. sed doloru
 quoniam in ven
 non modo in ea
 rate mea progre
 tum defendend
 nec me facere
 bene nam quid est
 debilitate possit
 do nullu delict
 neficiorum testi
 est, quia defen
 si scripta est, ne
 tremus in disc
 pro P. Popillio r
 non propinquor
 cata, non, ut pr
 vire, spectata

POST REDITVM IN SENATV.

questiones, mecum iura magistratum, mecum senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugū ubertas, mecum deorum, & hominum sanctitates omnes, & religiones abfuerunt, qua si semper abesset, magis vestras fortunas lugerem, quam desiderarem meas: sin aliquando reuocarentur, intelligebam mihi cum illis vnà esse redeundum. * cuius mei sensus 34
 certissimus testis est hic idem, qui custos capiti fuit, C. Plancius: qui omnibus provincialibus ornamentis, commodisq; depositis totam suam quaesturam in me sustentando, & conseruando collocauit. qui si mihi quaestor imperatori fuisset, in filij loco fuisset: nunc certè erit in parentis, cum fuerit quaestor non imperij, sed doloris mei. * quapropter, patres conscripti, 35
 quoniam in rep. sum pariter cum rep. restitutus, non modò in ea defendenda nihil minuam de libertate mea pristina, sed etiam adaugebo. etenim si eam tum defendebam, cum aliquid mihi illa debebat: quid nunc me facere oportet, cum ego illi plurimum debeo? nam quid est, quod animum meum frangere, aut debilitare possit, cuius ipsam calamitatem non modò nullius delicti, sed etiam diuinorum in rep. beneficiorum testem esse videatis? nam & importata est, quia defenderam ciuitatem: & mea voluntate suscepta est, ne a me defensa resp. per eundem me extremum in discrimen vocaretur. * pro me non, vt 36
 pro P. Popillio nobilissimo homine, adolescente filij, non propinquorum multitudo populū R. est deprecata, non, vt pro Q. Metello summo & clarissimo viro, spectata iam adolescentia filius, non L. & C.

ORATIO

Metelli consulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum consularum petebat: non Lucullus, Seruilius, Scipiones, Metellorum filij, stantes, ac sordidati populo R. supplicauerunt, sed vnus frater, qui in me pietate filius, consilijs parens, amore, vt erat, frater inuentus est, squalore & lacrymis, & quodidani precibus desiderium mei nominis renouari, & rerū gestarum memoriam vsurpari coegit. qui cum statuisset, nisi per vos me recuperasset eandem subire fortunam, atque idem sibi domicilium & vita, & mortis deposceret: nunquam nec magnitudinem negotij, nec solitudinem suam, nec vim inimicorum, ac
 37 tela pertimuit. * alter fuit propugnator mearū fortunarum, & defensor assiduus, summa virtute, & pietate C. Piso gener: qui minas inimicorum meorum, qui inimicitias affinis mei, propinqui sui, consulis, qui Pontum, & Bithyniam quaestor pro mea salute neglexit. nihil vnquam senatus de P. Popilio decreuit, nunquam in hoc ordine Q. Metelli mentio facta est. tribunitijs sunt illi rogationibus, interfectis inimicis, denique nulla auctoritate senatus restituti: cum alter eorum senatus paruisset, alter vim, eademq; fugisset. nam C. quidem Marius, qui hac hominum memoria tertius ante me consularis tempestate ciuili expulsus est, non modò à senatu non est restitutus, sed reditu suo senatum cunctum penè deleuit. nulla de illis magistratum consensio, nulla ad remp. defendendam populi R. conuocatio, nullus Italiae motus, nulla decreta municipiorum, & colonia-
 38 rum extiterunt. * quare cum me vestra auctoritas
 accer-

PRO DOM

scripto populi
 tuum a pen
 nom P. C. vi
 postate vera
 postate & postum
 ton, virtutem &

PRO

AD

OR



me resp. praes
 ni ciues remp
 pinter inter
 tempore magne
 ac potestate ve
 ru resp dignit
 ra. feci. h. per
 sapientia, fides,
 deantur. * vob
 postiac amice

PRO DOMO SVA AD PONT.

accersierit populus R. reuocarit, resp. implorarit, Italia cuncta penè suis humeris reportarit, non committam P. C. vt cum ea mihi sint restituta, que in potestate mea non fuerunt, ea non habeam, qua ipse prestare possim, praesertim cum illa amissa recuperarim, virtutem & fidem nunquam amiserim.



PRO DOMO SVA
AD PONTIFICES.

ORATIO XXIX.



Vm multa diuinitus, Pontifices, à maioribus nostris inuenta, atq; instituta sunt, tum nihil praclarior, quam quod vos eosdem & religionibus deorum immortalium, & summa reip. praesse voluerunt: vt amplissimi, & clarissimi ciues reip. benè gerendo, Pontifices religiones sapienter interpretando, reip. conseruarèt, quod si vllò tempore magna causa in sacerdotù populi R. iudicio, ac potestate versata est, hac profectò tanta est, vt omnis reip. dignitas, omnium ciuium salus, vita, libertas, aera, foci, dij penates, bona, fortuna, domicilia, vestra sapientia, fidei, potestatiq; commissa creditaq; esse videantur. * vobis hodierno die constituendum est, vtrù posthac amètes ac perditos magistratus improborù ac scele-